

~~Dac Junc~~ ~~Sancto Iustino~~  
Q. SEPT. FLORENTIS  
**TERTULLIANI**

Liber de Pallio.

CLAVDIVS SALMASIVS *auctor*  
RECENSVIT, EXPLICAVIT, *Dannatus*  
NOTIS ILLVSTRAVIT. *Scđ hoc opus cū*  
*Exponatione per-*  
*misiuum.*



*de la libro*

*esta conforme al*  
*Expozitorio de*  
*1620 por comis.*  
*el sacerdicio*

LUTETIAE PARISIORVM, *de Zamora*  
Sumptibus HIERONYMI DROVART,  
via Iacobæa, sub Scuto solari.

M. DC. XXII.  
CVM PRIVILEGIO REGIS.





CLARISSIMO VIRO  
BENIGNO SALMASIO  
IN SUPREMA DIVIONENSI  
Curia Regis Consiliario,  
Patri suo,  
CLAVDIVS SALMASIVS F.  
S. D.

**V**IX quemquam mihi persuadeo  
futurum, qui causas requirere ve-  
lit, cur has ad Tertulliani Palliū Notas po-  
tissimum tibi inscripserim, mi Pater; nedum  
sit aliquis qui mirari possit, quod non alij  
cuius illas potius quam tibi dedicarim.  
Nam cui primitias studiorum meorum  
offerri a me debuisse non nemo fatetur,  
huic istum saltrem, qui non primus est inge-  
nij mei fatus, deberi quis non concedat?  
Quod illæ porro minime tibi ut oportuit, &  
volui, inscriptæ fuerunt, nec venerandum  
mihi nomen primæ paginæ fronte prærule-



Q. SEPTIMII  
FLORENTIS TERTULLIANI  
LIBER DE PALLIO.

C A P. I.

**P**RINCIPES semper Africæ, viri Carthaginenses, vetustate nobiles, nouitate felices: gaudeo vos tam prosperostemporum, cùm ita vacat ac iuuat, habitus denotare pacis: hæc & annona & ocia ab imperio & à cælo. Bene est, tamen & vobis habitus aliter olim tunicæ fuere, & quidem infama de subteminis studio, & luminis consilio, & mensuræ temperamento, quòd neque trans crura prodigè, nec intra genua inue-

A

64 T E R T . L I B . D E P A L L .  
gnata est , ex quo Christianum vesti-  
re capisti.

F I N I S .



CLAVDII  
SALMASII  
NOTÆ  
IN Q. SEPT. FLORENTIS  
TERTVLLIANI  
LIBRVM DE PALLIO.



LVTETIAE PARISIORVM.

Sumptibus HIERONYMI DROVART,  
via Iacobæa sub scuto solari.

---

M. DC. XXII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



CL. SALMASII  
NOTÆ  
IN Q. SEPT. FLORENTIS  
TERTVLLIANI  
LIBRVM DE PALLIO.

---

DE PALLIO PHILOSOPHORVM  
& Veterum Christianorum.

**T**ERTVLLIANI de Pallio opusculum, Apologiam pro pallio esse, satyrico subinde sale conspersam, ac stilo nasi conditam, ad Carthaginenses suos, a quibus reprehensus, & increpatus fuerat, quod togam pallio commutasset, certum est. Illud æque pro certo, saltem plusquam verisimile est, statim post illam habitus mutationem, cum primum palliatus prodijisset Tertullianus, taxatum ob id, ac denotatum fuisse a ciuibus suis, eodemque tempore, hoc apologetico simul & satyrico scripto illis occurrisse. Nec enim credi par est, cum diutissime iam hunc habitum gestasset, & ciuium oculis familiarem longo vsu fecisset, tanto post tempore reprehensum.